NOS FERDINANDVS TERTIVS DEI GRATIA

Electus Romanorum Imperator semper Augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Cumaniæ, Bulgariæque &c. Rex Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Marchio, Moraniæ, Duxque Luxemburgæ, ac superioris & inferioris Silesiæ, Wirtembergæ, & Thecæ, Princeps Sveniæ, Comes Habspurgi, Tyrolis Ferretti, Kyburgi & Goritiæ, Landtgravius, Alsatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Supra Anasum Burgoviæ, ac superioris, & inferioris Lusatiæ, Dominus Marchiæ, Sclavonicæ, Portus Naonis, & Salinarum &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes quibus expedit universis. Quod Nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicationem nostræ propterea factum Mattii, tum verò aucnis & consideratis fidelitate fidelibus servitijs fidelis ANDREE SEPSY, alias SEMSEY, quæ ipse Sacræ primum Regni nri Hungariæ Coronæ & deinde Matti nræ pro locorum & temporum varietate fideliter exhibuit & impendit, ac se, se imposterum quoque exhibere. & impendere velle polliceatur. CVM igitur ob id, tum verò ex gratia et munificentia nra Regia, qua quosq; de Nobis & Republica Christiana benemeritos, virtutisque colendæ studiosos, anteccssorum nrorum Divorum quondam Hungariæ Regum exemplo prosequi, eisque certa virtutum suarum monumenta quæ ad maiora quæque præstanda eos incitare possent, decernere consueuimus. Eundem itaque ANDREAM SEPSY alias SEMSEY, ac per ipsum consortem Annam Kötölös, filiamque Iudithan, nec non Michaëlem itidem Sepsy alias Pelio, eiusque Consortem Barbaram Vitsey filiumque similiter Michaëlem & fratrem eiusdem Ioannem omninò Sepsy, alias Pelio, item Stephanum Török, filiumque eius Petrum, Ladislaü, Balasty, & Stephanum Kalmár, & illum & conditione ignobili, in qua hactenus persistisse dicuntur, de Regiæ nostræ potestatis plenitudine & gratia speciali eximentes, in cetum & numerum verorum atque indubitatorum Regni nri Hungariæ & partium ei subiectarum Nobilium, duximus cooptandum, annumerandos & adscribendos. Annuentes, & ex certa nra Scientia animoq; deliberato concedentes, ut ipsi à modo impostorum futuris et perpetuis semper temporibus ei subiectarum Nobilis, hactenus quomodolibet de iure vel omnibus illis gratiis, honoribus indultis, privilegijs, libertatibus, iuribus, prærogativis et immunitatibus, quibus cæteri, veri, antiqui et indubitati amedati Regni nræ Hungariæ et partium ei subiectarum Nobilis, hactenus quomodolibet de iure vel consuetudine usi sunt et gavisi, utantur que et gaudeant, uti frui, et gaudere possint ac valeant, hæredesque eorpsevitates ipsorum utriusque Sexus universi valeant atque possint. In cuius quidem nræ erga ipsos exhibitæ gratiæ et clementiæ ac liberalitatis testimoniam, veraque & indubitatæ nobilitatis Signum hæc Arma seu nobilitatis insignia SCVTVM videlicet militare excltum cœlestini coloris, fundamentum illis viridi campo inest occupance, super quo Vir militaris rubro balteo ac flavis cothurnis indutus à latere dependente vagina, capite quoq; pileo rubro subducto, protixis militaribus ac sub nigra barba conspicuus, manuum sinistra lumbos fulcire, dextra verò nudam framcam vibrare, interitque obvios cominus visque à Scuto incumbentem galeam militarem, coronam auream, Regio diademate Brachium humanum carnibreatum, cum vola ipsa dictam framcam tenens, proferens ornatam. A summitate verò sive cono galeæ lacinijs seu lemniscis, hinc flavis et cæruleis, illinc aureis et candidis & rubris in Scuti extremitates sese diffundentibus scutumque ipsum decenter exornantibus quemadmodum hæc omnia in principio seu capite præsentium literarum nrarum Tricoris manu et artificio propriis suis coloribus depicta esse conspiciuntur. Eidem Andreæ Sepsy alias Semsey ac per eum Superius, nominatim specificatis personis, ipsarumque hæredibus & posteritatibus utriusque sexus universis, quorum danda duximus et conferenda. Decernentes et ex certa nra Scientia animoque deliberato concedentes, ut ipsi à modo impostorum futuris et perpetuis semper temporibus, eadem Arma seu nobilitatis insignia, more aliorum verorum atque indubitatorum tam suæ Regni nri Hungariæ & partium ei subiectarum Nobilium sub iisdem iuribus, prærogativis indultis libertatibus & immunitatibus, quibus ipsi vel natura vel antiqua consuetudine, usi sunt et gavisi, utantur que et gaudent, ubique in prælijs, certaminibus, pugnis, hastilibus, torneamentis, duellis, monomachijs aliisque omnibus et singulis ac quibusvis exercitijs, militaribus et nobilitaribus nec non sigillis, velis, cornicis, aulæis, annulis, vexillis, clypeis, interijs, domibus et sepulchris, generaliter verò in quarumlibet verum et expedionum generibus, sub meræ, veræque ac syncere nobilitatis titulo, quo coram ab omnibus cuiuscunque status, dignitatis, conditionis, et præeminentiæ homines existant, imagines aviaros dici, nominari, habenie et reputari volumus, et mandamus fore, gestare, illisque in rerum uti, frui, et gaudere possint ac valeant, hæredesque et posteritates ipsorum utriusque sexus universi valeant atque possint. Imo nobilitamus damus et conferimus præsentium per vigorem. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam præsentes literas nras Secreto Sigillo nro quo ut Rex Hungariæ utimur, impendenti communiri. Eidem Andreæ Sepsy alias Semsey, ac per eum supra nominatos personis, ipsarumque hæredibus et posteritatibus utriusque sexus universis, tam natis et imposterum nascturis, gratiosè dandas duximus et concedendas. DATVM per manus fidelis mi nobis dilecti Reverendi Georgij Szelepcheny, Episcopi Nuriensis, locique eiusdem Comitis perpetui Consiliarij nri, & per dictum Regnum nrum Hungariæ Aulicæ Cancellarij, in Civitate nra Vienna Austriæ die vigesima quarta Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo quarto. Regnorum nrorum Romani decimo nono, Hungariæ et reliquorum vigesimo octavo, Bohemiæ verò anno vigesimo septimo. REVERENDISSIMIS ac VENERABILIBVS in CHRISTO Patribus, dominis Georgio Lippay de Zombor, Metropolitanæ Strigoniensis & Ioanne Püsky, Colocensi et Bachiensis, Ecclesiarum canonicè unitar. Archiepiscopis, prefato Georgio Szelepcheny, Nuriensi Benedicto Kisdy, Agriensi Petro Parcschich, Zagrabiensi, Sigismundo Zongon, Varadiensi Ioanne Palffalvay, electo Transylvaniensi, Georgio Szechény, electo Vesprimiensis, Paulo Hoffman electo Quinque ecclesiensis, Thoma Palffy, electo Chanadiensis, fratre Petro Gyurÿ cuich, electo Sirmiensi, altero fratre Mariano Maraviich, electo Bosnensis, item fratre Georgio Biclauich, electo Liminensis, Ioanne Püsky, Administratore Iauriensis, Mauhatio Tarnoczy, electo Vaciensis, fratre Petro Gyurÿ cuich, electo Sirmiensis, altero fratre Mariano Maraviich, electo Bosnensis, item fratre Georgio Biclauich, electo Liminensis, Thoma Palffy, electo Chanadiensis, fratre Ioanne Caramuel, electo Rosonensis, & Petro Mariany electo Segniensis & Modrusiensio, Ecclesiarum Episcopis Ecclesiæ DEI feliciter gubernan. Item Spectabilibus ac Magnificis, Dignitariis, Palatinalibus Iudicis Curiæ nostræ Regiæ vacantibus, Comite Nicolao à Zrinio, dictorum Regnorum nrorum Dalmatiæ, Croatiæ et Sclauoniæ, Bano, Comite Stephano de Chak, Tauernicorum, Comite aulæo Nicolao à Zrinio Agazonum, Comite Georgio Erdödy de Monyorokerck, Cubicularioruin, Comite Nicolao Palffy ab Erdöd, Ianitorum, Comite Adamo de Battyan, Dapiferorum, Comite Adamo Forgach, de Ghymes, Pincernarum, Comite Francisco de Nadasd, Curiæ nrorum Regalium in Hungaria Magistris, ac memorato Nicolao Palffy de pralibata Erdöd Comite Posoniense, cæterisque quam plurimis Regni nri Comitatus tenen. & HONORES.

Ferdinandus.

Georgius Szelepcseny Episc. Nuriensis

Andreas Ruttkay

Quod Gestum par eum suo vero originali in omnibus punctis & clausulis concordare sit testimonium Ego Stephanus Ioannis Jaczkó Petrus Zeckelius ordinarius Iudium

Stephanus Ioannis Jaczkó Petrus Zeckelius ordinarius Iudium

Anno Domini 1654 die 24 Decembris in Re judiciaria Comitatus Nitriensis in castro Regio Barsiensi celebrata Personaliter constitutus Egregius Stephanus Kovacs Actualis Regiæ Majestatis Scribæ Comitatus Nitriensis Domini Georgii Hamuliaris de Eadem Vice Comitis Egregii Ioannis Kovacs Ioannis Kovacs Ioannis Paulo Jenkii Ioannis Berki & Georgii Tibai Simul Judicum ejusdem Comitatus Nitriensis ac Nobilium Fraternalis ac nomine præsentis curiæ Judicum ejusdem Comitatus vel ecclesiarum eorum Nobilitationem præsentem in Originali in Album ejusdem Comitatus Nobilium Inscriptionis Solemnitate peracta & exactis per me Stephanum Kovacs Actualem Scribam